



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

(13. Exordia ex abrupto & concisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Prius Rose. Credo ego vos (iudices) mirari quid sit cum tot summi oratores, hominesque nobilissimi sedant, ego potissimum surrexerim, Is qui neque etate, neque ingenio, neque autoritate sim cum his comparandus. Omnes enim hi, quos videris adesse in hac causa, iniuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi, defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent. Ita sit ut adsit, propterea quod officium sequuntur: taceant autem idcirco, quia periculum metuant. Quid ego? audacissimus ego in omnibus? minime. At ramen officiosior, quam ceteri: ne si quis quidem laudis, ita sum cupidus, ut alii eam præparant velim.

Adiunctum iudicium.

Ad Pontifices. Cum nullae diuinatus, Pontifices, à maiori bus nostris inuenta, atque instituta sunt, tum nihil præclarius quam quod vos eisdem, & religionibus Deorum immortalium, & summæ reip. præesse voluerunt: ut amplissimi, & clarissimi ciues remp. benè gerendo, Pontifices religiones sapienter interpretando remp. conseruarent. Quod si villo tempore magna causa in sacerdotum pop. Rom. iudicio, ac potestate versata est, hæc profectò tanta est, ut omnis reip. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, arx, foci, Di, penates, bona fortune, domicilia, vestre sapientie, fidei, potestatique commissa, creditaque esse videantur.

A precatione pro Murzina, quod precatus sum, &c.

*Exordia ex abrupto, & concisa.**C A P V T XIII.*

*E*xordia, que vocantur ex abrupto, sine insinuatione, & cuniculis, quasi quodam calore mentis excussa apprimè decent negotia seruida, & viros arcis, laconiceque breuitatis amatores. Idcirco sèpe in concionibus Imperatorum, & dumcum vspurantur, ut est annotare in Liuio.

Minutius apud Lini. Speciatum hoc ad rem fruendam oculis sociorum cædes, & incendia venimus?

Quousq; tandem ignorabis vires vestras, quas natura, ne belluas quidem voluit ignorare?

Quid stas miles, non cùm Latino, Sabino, que hoste res est, quem viculum armis, socium

ex hoste facias. In belluas strinximus ferrum. *Popilius.* Hauriendus, aut dandus est sanguis.

Hic præbituri vos telis hostium estis inde- *Vettius.* fensi inulti: Quid igitur arma habetis?

Quæ tristia milites haec, quæ insolita cun- *Camillus.* statio est: Hostem, an me, an vos ignoratis?

Tempus, quod sèpe optatis venit, quo vo- *Porcius* bis potestas fieret virtutem vestram offendit. *Cato.*

Gregor. Ti κέντε ταῖς ἐπαναμένου, ή βία- *Nazianz.* ζεδε γλώσσαν νομο δελέυσται. *in plaga*

Quid soluitis ordinem laudabilem, quid grandinie cogitis lingam legi seruante m?

Ferro hoc tibi submouendus sum Appi, ut *Icilius.* tacitum feras, quod celari vis.

Hoc in anteriorem orationem est retortum.

Neque nouum, neq; inopinatum mihi est, *Appius* Quirites, si quod unum familiæ nostræ semi- *apud Li-* per obiectum est ab seditionis Tribunis, id *um.* nunc ego quoque audiam.

Hoc etiam admirabilitatem habet in brevi- *tate.*

H δὲ οὐραὶ ὅτε τελετὴ γῆς, Καὶ Exordium γῆ μεταξι, Οὐ περ τὴν εἰρηνήν, καὶ οἱ θύραι— *per* ποι νόμους, οἱ δαλάδαις καὶ οἱ οἰκισμοὶ, Καὶ οἱ ιχθύες *ēphesia.* *Sosicles* τέρπη πρότερον αὐτοῖς. *apud* *Horod.* *Ouidius* *imitatus* *est.*

Nunc profectò eccliam sub terra erit, tetra- que celo supereminebit, homines mate inco- lent. Pisces domitium prius hominum acci- pient.

Sequens ad sanscritum propositum.

Ἐν τῷ Καλλίκρᾳ ἡ θεά της ταῦτας Αθηναῖς ἡ ἐλευθέρας ποντικία μνημόσυνον λιτωδαῖς τοῦ δικαίας αἰθρώπων θίου, οἵτοι οὐδὲ Αρμόδιοι. Θεοί καὶ Αριστογένες λέπτωσι.

In te Callimache stium est: Vtrum Athenæ in servitatem redigantur. An tu eas liberando, memoriam tui in omne ævum relinquis, qualem nec Armodius quidem, atque Aristogiton reliquerunt.

Abruptum illud est, & concisum, simulque admirabilitate distinctum.

En (Quirites) illius Appij progenies, qui decemvir in annum creatus, altero anno scipio Exordium se creavit, tertio, nec ab se, nec ab illo creatus, concisum priuatus fasces, & Imperium obtinuit. Nec & adpi- ante continuando abstitit magistratus, quam rabile obuerent cum male parta, male gesta, male p. Sem- terenta imperia. *prontus.*

II 2 Aliud

Aliud breui rotunditate collectum rem posuit statim ob oculos, ut,

Euryptolemus apud Xenoph. Τά μὲν κατηγορήσει, οὐδέποτε Αἴγυνθοι, φύεται εἰδέσθαι πέριπλέος απογκάρα, μοι δύνατος, καὶ επιτηδεῖος, καὶ Διομέδους φίλος, τὰ δὲ ἐπέραπολογιστά μέρη, τὰ δὲ ζωμέλαιστοι καὶ μιδοκῆλοις αἷμα ἔνει, ἀπόστοι τῷ πόλεων.

Partim accusaturus (viri Athenienses) Peixiem necessarium, & amicum meum, atque Diomedontem mihi benevolentia coniunctum huc ascendi. Partim etiam suasurus, quae reip. maximè salutaria esse videntur.

Hoc quod sequitur, habet in grauitate sentitatem.

Demaratus apud Herod. Βασιλεὺς ὑπέρεξεν κακῶν χειρούμενος πέρισσος ἡ θεοφάνεια.

Vtrum apud te Rex utat virtute, an iucunditate?

Aliud celeritatem habet in suauitate, ut

Cyrus apud Xenoph. Αὐδέσει σύμμαχοι ἀνθρώποιν τὸ γε γεννημένον πάθος, τὸ γέρος ἀμαρτόγενον ἀνθεψηθεῖσαν, οὐδὲ μοι μηδενὶ διαμεσοῦσθαι.

Viri socii humanum est, quod aduersi accidit. Nam quod homines errant, ut homines, nihil puto mirandum esse.

Istud laconicum est.

Archidamus apud Xenoph. Δίχοια λέγετε, οὐδέποτε πλατυθέσθε, οὐδέ μου.

Thucid. Recte dicitis (viri Platæenses) si verbis facta.

Exordium à similitudine respondent.

Etiam à similitudine exorsus est Xenophon.

Timolaus apud Xenophontē. Άλλοι μεν δοκεῖ (οὐδέποτε ξύμμαχοι) οὐδεποτε μοιον ἔνει τὸ τρίτον λαον δαμωναρι περιγγαίον περ τὸ τρίτον ποταμόν.

Atqui mihi videtur (viri socij.) res Lacedæmoniorum gerinde se habere, ac fluorum, &c.

Conuenit sequens in rem bene gestam, & gratulationem.

Papyrius apud Liniūm. Bene habet (Quirites) vicit disciplina militaris, vicit Imperij maiestas.

Senec. cōs. lib. 6. Audite rem nouam, fratrem, crudelē, novercam misericordē.

(***)

De narratione.

Narrationis diuīsio, & usus:

CAPUT XIII.

A Nequam ad narrationis precepta pro-grediar longius, tantisper subfiso in li-mine: quo verbi distinguam ambigui-tatem. Plerique enim narrationem in eas an-gustias adduxerunt, ut id solum esse vellent, quod facti ciuilis, statuque cauſe, ut cædis, ut furti, ut sacrilegii, &c. expositionem comple-teretur, quod sit ut eorum narrationibus precepta tenui sapienter sint, & inter unius iudicialis generis fines contenta. Verum notatio-ne dignum est, quod obseruat Quintilianus, aliud esse narrationem cauſa, aliquid eorum, que pertinent ad cauſam.

Narratio cauſe tota judicialis est, quæ rei, de qua queritur continet enucleationem, ut cædis Clodianæ in Miloniana. Eorum vero, quæ pertinet ad cauſam latè sumitur pro cuiusque rei, vel facti expositione.

Huius octo species commenti sunt argu-mentosi Rhetores, & ut solent in plerisque nationis, cuius divisionis author est Curius Fortu-nianus, apud quem in artis Rheticis scho-cies. lis sic distribuuntur.

Prima narratio dicitur *διήγησις*, quæ principali est totam facti rationem solidè amplectens.

Secunda *ἀριθμητικὴ*, quæ fit cum res scens narratur, quam ab aduersario fuerit exposita.

Texta est *μετριαὶ διήγησις*, quæ non primatiam tanti facti rationem, sed omnes eius par-tes, & circumstantias, enucleatè discutit.

Quarta est *ταραδικὴ*: quæ aliquas res gestas extra cauſam positas inducit, ad confirmationem tamen cauſe non inutiles, ut si dicturus de Sei furtis, nonnulla de eius ingluie, & intemperantia, quasi rapacitatis somite disteras.

Quinta *ὑποδικὴ* narratio, quæ questioni comprobando subiungitur, & quasi subintexitur à propria narrationis sede digressa.

Sexta est *καταδικὴ*, quæ fit cum tota oratio narratiua est.

Septima est *πατικὴ*, quum latius in questionibus, vel ante epilogos exequimur eas res gestas, quas in narratione breuiter attingimus.

VIII.